

quinquagesimo secundo. In quorum testimonium presentes litteras nostris sigillis dignum duximus communendas.

*Original mit den zum Theil erhaltenen Siegeln der Aussteller im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster-Bergische Stiftung 160.*

**Magdeburg, 1452, October 11.**

**299.**

*Johannes de Austria ertheilt im Auftrage des Generalvicars des Franziskaner-Seraphinen-Ordens diesseit des Gebirges, Johannes de Capistrano, dem Abt Hermann und Convent des Klosters Berge einen Fraternitätsbrief.*

Venerabili in Christo patri domino Hermanno abbatii monasterii sancti Benedicti in Berge extra muros Magdeburgenses neenon priori ac ceteris fratribus eiusdem monasterii ceterisque abbatibus ac fratribus presentibus et futuris pariter et familiaribus eorundem ordinis seraphici patris nostri Francisci benefactoribus devotissimis frater Iohannes de Austria minorum minimus cum humiliu[m] orationum suffragio salutari omnium incrementa virtutum. Cum ex speciali licentia et commissione reverendi patris fratris Iohannis de Capistrano protunc vicarii reverendissimi patris generalis ministri in omnibus partibus cismontanis quo ad fratres de observantia nuncupatos certas familias ordini nostro devotas sub obedientia sacrosancte Romane ecclesie degentes ad nostri ordinis confraternitatem recipere queam, hinc est quod vos pretactos ordini nostro devotos auctoritate michi commissa ab eodem supradicto reverendo patre ad nostri ordinis confraternitatem recipio sub hac verborum forma que sequitur. Quamvis ex caritatis debito omnibus teneamur, illis tamen longe amplius obligamur quorum dilectionem certis beneficiorum indiciis frequentius experimur. Proinde vestre devotionis sinceritatem attendens quam ad nostrum et prefati patris nostri Francisci geritis ordinem veluti clara experientia cognitioni dignum putavi et divine acceptabile voluntati ut ab ipso ordine prerogativam sentiatis spiritualium gratiarum. Et quia nudi temporalibus bonis caritatis caritatis vestre subsidiis dignam rependere vicem nequaquam temporaliter valemus, spiritualibus nichilominus beneficiis prout in nostris apud dominum deum nostrum servamus desideriis compensare spiritualiter affectamus. Eapropter ego qui licet indignus curam fratrum minorum de observantia nuncupatorum et sororum minorissarum et sancte Clare seu sancti Damiani de observancia nuncupatarum et eorum religiosorum de prima ordinum in partibus cismontanis habeo generalem, vos venerabiles personas supra tactas omnesque benefactores et familiares vestros presentes pariterque futuros neenon et animas vestrorum defunctorum ac omnes pro quibus intenditur ad confraternitatem nostram et ad universa et singula nostre religionis suffragia in vita recipio pariter et in morte plenam vobis participationem omnium carismatum et spiritualium